

Ad incensationem Altaris ante Introitum atque Evangelii:

Diaconus inclinatus versus
Celebrantem, dicit:
Benedícite, Pater Reverénde.

Celebrans ter incensum ponit
in thuribulum, dicens interim:
Ab illo bene + dicáris in cuius
honore cremáberis. Amen.

Ad incensationem Calicis, Hostiæ et Altaris in Offertorio:

Diaconus inclinatus versus
Celebrans, dicit:
Benedícite, Pater Reverénde.

**Celebrans ponit incensum in
thuribulum, dicens:**
Per intercessiónem beáti Mi-
chaélis Archángeli, stantis a
dextris altáris incénsi et
ómnium electórum suórum,
incénsum istud dignétur Dó-
minus bene + dícere, et in
odórem suavitatis accípere.
Per Christum Dóminum no-
strum. Amen.

**Et accepto thuribolo a Dia-
cono, incensat oblata, dicens:**
Incénsum istud — a te bene-
díctum — ascéndat ad te,
Dómine: — et descéndat —
super nos — misericórdia tua.

Deinde incensat Altare, dicens:
Dirigátur, Dómine, orálio mea
— sicut incénsum, in con-
spéctu tuo: — elevatio mánu-
um — meárum sacrificíum
vespertínum. — Pone, Dó-
mine, custódiam — ori meo,
— et óstium circumstántiæ lá-
biis meis: — ut non declínet
cor meum in verba malítiae, —
ad excusáandas excusatíones in
peccátis.

**Dum reddit thuribulum Dia-
cono, dicit:** Accéndat in nobis
Dóminus ignem sui amóris, et
flammam ætérnæ caritatis.
Amen.

Diaconus genuflexus ante Altare, manibus junctis, dicit:

**Munda cor meum ac
lábia mea, omnípotens
Deus, qui lábia Isaíæ
Prophétæ cálculo mun-
dásti ignito: ita me tua
grata miseratióne dig-**

**náre mundáre, ut sanc-
tum Evangélium tuum
digne váleam nuntiáre.
Per Christum Dómi-
num nostrum. Amen.**

Postea accipit librum de Altari, et rursus genuflexus petit
benedictionem a Sacerdos, dicens:

Jube, domne, benedícere.

Sacerdos respondet:

**Dóminus sit in corde
tuo et in lábiis tuis: ut
digne et competénter
annúnties Evangélium**

**suum: In nómine Patris,
et Fílii, + et Spíritus
Sancti. Amen.**

Et accepta benedictione, osculatur manum Celebrandis, et
cum aliis Ministris accedens ad locum Evangelii.



Post Evangelium Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui
osculatur Evangelium, dicens:

Per evangélica dicta deleántur nostra delícta.

Deinde Sacerdos incensatur a Diacono.